Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

feros semite ipius. Tu autem. lectio.
Omnes qui ingrediuntur ad eam non re
deunt. nec apprehendent semitas uite.
ut ambules in uia bona. et calles iu
storum custodias. Qui enim recti sunt habitabunt
in terra. et simplices permanebunt in ea. im
pii autem de terra perdentur. et qui inique a
gunt auferentur exea. Tu autem. fia. iii.
Fili mi ne obliuiscaris legis mee.
et precepta custodiat cor tuum. Lon
gitudinem enim dierum et annos uite et
pacis adponent tibi. misericordia et ueritas non te
deserant. Circumda eas gutturi tuo.
et describe eas in tabulis cordis tui. et
inuenies gratiam et disciplinam
bonam coram deo et hominibus. Habe fidu
ciam in domino. ex toto corde tuo. et ne ni
tis sapiens in oculis prudentie tue. Tu lec.
In omnibus uiis tuis cogita dominum. et ipse